



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae  
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica  
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè  
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

**Slotan, Johann**

**Coloniae, 1560**

**VD16 S 6745**

Capvt VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29875**

EF  
estio ver  
tirent ac  
rent, con  
im Arrij  
q; in eo  
rum ma  
nnes Ar  
r. Fau  
us calli  
aduersi  
atur con  
e re tan  
atur fre  
& assiduo  
ebantur  
deberet  
eratione  
nū mul  
ibus, ac  
orde de  
t, eiusdē  
scribi de  
sima oin  
Decem  
tur, qui  
eret, ex  
tria

DE VERBI DEI VIRT. 236

trinsecus creatum Dei filium ex nullis  
substantialibus, & nō ex ipsa patris dei  
tate progenitum confirmantes. Defer-  
tur ad Constantimum, sacerdotalis con-  
cilij sententia. Ille tanquam à Deo pro-  
latam veneratur. Cui si qui tentassent  
obniti, velut contra diuina statuta ve-  
nientem in exilium se protestatur actu-  
rum. Sex igitur soli cum Arrio se pati-  
untur expelli, reliqui verò vndeциm, cō  
filio inter se habito acquiescunt ad sub-  
scribendum manu sola, non mente. Cu-  
ius simulationis autor præcipue exti-  
tit Nicomediæ Episcopus Eusebius. In-  
terim concilium direptum est.

CAPVT VI.

H Is à concilio ita dispositis, scrip-  
fit absentibus quæ fuerunt à con-  
cilio celebrata, & iauitabat vt ab omni  
discordia recedentes, concordarent in  
exposita concilij fide, quæ nihil aliud  
nisi scientia Dei videretur, ex consonā  
tia tantorum & talium sacerdotū, san-  
cto spiritu constituta, & post inquisiti-  
onem subtilissimam, & animaduersio-  
nem dubitationum omnium compro-  
h 2 bata.

Eusebius  
Nicomediæ Episcopus Eusebius.  
Arrianus.

DE V

patres, in  
emerserat

Porr  
cata  
insuperab  
tum ad ge  
verbi De  
persequiu  
ticos Arr  
tes, sancti  
pocalyps  
dixerat, c  
gnum in  
præliab  
pugnaba  
luerunt,  
orum an  
stusest d  
tiquis, q  
nas, qui s  
proiectu  
cum eo n  
gnam de  
salus & v  
potestas e

IOANN. SLOT. GEF.

Lex Con-  
stantini  
aduersus  
Arrium &  
te quaces  
eius Socra-  
te. lib 2.  
Tri hist.  
cap. 850  
bata. Talem autem ac eiusmodi reli-  
giosissimus Imperator, promulgavit le-  
gem. Victor Constantinus Maximus  
Augustus, Episcopis & populo. Mal-  
ignos & impios Arrius imitatus, dignu-  
m est, ut illorū quoq; suscipiat vltionem.  
Sicut ergo Porphyrius diuinæ pietatis  
inimicus iniqua volumina contra reli-  
gionem proferens, dignam promeruit  
inuenire mercedem, & talem per quam  
in posterum esset opprobrio, & plurima  
compleretur infamia, & nūc placuit Ar-  
rium & consecratores eius, vocari Por-  
phyrianos, vt quorum mores imitati-  
sunt, eorum vocabulo perfruantur. Su-  
per hæc autem, si qua conscriptio ab Ar-  
rio facta reperitur, igni tradatur, vt nō  
solū praua eius doctrina depereat, sed  
neque vlla eius possint remanere com-  
menta. Hoc etiam præcipio, si quis con-  
scriptiones Arrij celasse comperitur, &  
non repente proferens igne consum-  
pserit, mortis suppicio subiacebit. Mox  
enim vt in hoc fuerit captus, capitalem  
suscipiet vltionē. Deus vos custodiat.  
Et hoc modo per verbum Dei, sancti  
patres,

patres, in sancto Concilio, errorē (qui emerferat) conuicerunt.

**CAPVT VII.**

Porrò hæc omnia, quæ nunc expli-  
cata sunt, de verbi Dei victoria, &  
insuperabili potentia ecclesiæ, tam quæ-  
tum ad gentiles, Christianorum ( purū  
verbi Dei docentium ac seruantium)  
persequutores, tam quantum ad hære-  
ticos Arrianos, verbum Dei adulteran-  
tes, sanctus Euangeliſta Ioanties, in A-  
pocalypsi sua longè antè viderat & præ-  
dixerat, dicens: Factum est prælium ma-  
gnum in cœlo, Michael & angeli eius,  
præliaabantur cum dracone, & draco  
pugnabat & angeli eius, & non va-  
luerunt, neque locus inuentus est ei-  
orum amplius in cœlo. Et proie-  
ctus est draco ille magnus, serpens an-  
tiquus, qui vocatur diabolus & satha-  
nas, qui seducit vniuersum orbem, &  
projectus est in terram, & angeli eius  
cum eo missi sunt. Et audiui vocem ma-  
gnam de cœlo dicentem: Nunc facta est  
salus & virtus & regnum Dei nostri, &  
potestas Christi eius, quia projectus est

*Apoc. 12*

h 3 ac-